

irritat nouit abundare et penuriam pati. Sunt et alia remedia preter illa tria contra gulositatem. Primum est elongatio ab his que dant occasionem excedendi in cibo et potu. Sicut est delectabilitas vel varietas aut nimietas ciborum licet enim illud *Eccl. xxi.* quasi a facie colubum fuge peccata et si accesseris ad ea suscipient te. videatur generaliter dictum de omni peccato specialiter tamen potest referri ad ista peccata in quibus temptat sanitas vel voluptas. In illis enim in quibus temptat aduersitas melius potest expectari confictus. Sed non est securum accedere ad mensam ubi nimia varietas et per delicata apposita sunt homini qui vult curari ab hoc vitio. hoc insinuat *Gen. iii.* ubi legitur vidit mulier lignum quod esset bonum ad vescendum et pulchrum oculis aspectusque delectabile tulit de fructu illius et comedit. Ideo dicit *Gregorius.* Non licet intueri quod non licet concupisci. Et *Esa. xxiij.* loquens de flore exultationis glorie dicit. Quod cum aspexerit vidit statim ut manu tenuerit denotabit illud. quare non est securum videre delectabilia. Secundum remedium est frequenter considerare qualis post mortem sit caro futura que modo per gulositatem impinguatur. hoc remedium dicit *Gregorius.* Nihil enim valet ad domandum carnis desideria sicut cogitare qualis sit caro futura mortua. Tertium remedium est meditatio eterne vite siue cene. ad quam inuitati sumus. hoc remedium docuit nos dominus ubi ad cenam illam nos inuitatos esse docuit. *Luc. xiiij. 28.* Aliter meditaturs ad cenam delicatam inuitatus. qui ergo inuitatus est parum comedat in prandio ne cenam amittat magnam. ad hanc cenam perducatur nos pater et filius et spiritus sanctus.

De eadem dominica Sermo. ij.

Mortuus est diues et sepultus est in inferno eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit *Abraham* a longe et *Lazarum* in sinu eius. Ita scribitur *Luc.* ubi supra. *Plinius* in speculo natura. dicit. *Aecos* catulos parit canis qui quanto longiori tempore nutriuntur lacte tanto tardius visum accipiant. Idem dicit *Aristo. viij.* animalium. *Catuli* inquit canis omnes ceci nascuntur et ante nonum diem nihil vident. et si hoc tempore pascuntur lacte pingui tunc aut nihil aut male videre possunt. Si autem macro lacte nutriuntur tunc clare vident. et fortiores erunt et quando eis parce datur cibus. ut dicit *Plinius.*

Optimus est fetus qui nouissime cernere incipit. vel quem primo mater defert in cubile. *Mors* autem liter omnes homines generaliter generantur. ceci non habentes oculos fidei sed ut gentiles nati sumus et in *ira* dei. Iuxta illud apostoli ad *Eph. ij.* *Eramus* natura filij ire sicut et ceteri. scilicet gentes. Sed cum per gratiam in baptismo renati sumus et ad etatem adultam iam peruenimus adhuc in cecitate manemus quod mala nobis imminetia non videmus. Ideo dicit dominus. *Esa. xliij.* Quis cecus nisi seruus meus? Et ratio huius cecitatis est quia nutriuntur in lacte pingui deliciarum huius mundi. quo impediuntur oculi multorum ne videant gaudia electorum aut penas damnatorum. qui autem nutriuntur lacte macro tribulationum cognoscunt seipsos et deum. sicut factum est ad litteram de his duobus videlicet diuite avaro et *Lazaro* mendico. Nam diues in delictis excecatus fuit nec est mala sibi futura contemplatus. ideo finaliter in inferno est sepultus. Sed pauper per suam miseriam in requie est translatus. Quia dicitur in hodierno euangelio. factum est ut moreretur mendicus et portatus est ab angelis in sinum *Abraham.* Sed de diuite dicunt verba prelibata. mortuus est diues 28. In quibus verbis describitur pena damnati diuitis dupliciter ab inferiori in profunditate tormentorum. A superiori in visione electorum. Quantum ad primum describitur pena ipsius ab inferiori in profunditate tormentorum cum dicit euangelista. *Mortuus* est diues et sepultus est in inferno. Circa quod notandum mors est triplex. Prima est corporalis et fit quando a corpore anima propter defectum caloris naturalis et humiditatis radicalis separatur. Iuxta illud *Aristo.* in de mor. et vita. *Mors* est corruptio in omnibus scilicet animalibus propter calidi defectum. et hec mors est communis singulis viventibus. Item illud *secundum* *Reg. xiiij.* Omnes morimur et sicut aqua in terram dilabimur hec mors est semper cogitanda. Quia dicit *Bernardus.* in quodam sermone. ubi non cogitantem de morte reprehendit dicens. Miser homo quare non omni hora ad mortem te disponis. cogita te iam mortuum cum sis de necessitate moriturus. distingue qualiter oculi vertuntur in capite. vene rumpuntur in corpore. et cor scindit dolore. hec *Bernardus.* Hanc mortem iste diues non cogitauit. quod si eam cogitasset in superbia et gulositate non peccasset. quod dicit *Plato* in fredone mortis. Meditatio est quasi frenus hominum affectus refrenans. ne affluant et discurrant per latitudines ambitionum et libidinum. Secunda autem mors est spiritualis et nihil aliud est nisi recessio dei ab homine. Tunc enim anima moritur cum

Dñica prima post trinita.

cessio dei ab homine. Tunc enim anima mortis cum
deus qui est vita eius ab ea recedit. Sicut enim
recedente luce occupant nos tenebre. sic rece-
dente anima a deo per peccatum morte spūa-
li tanq̃ noctis tenebris occupatur siue in tene-
bris sepelitur. Sicut ille episcopus ecclesie sar-
dis. de quo Apocal. iij. Scio opera tua quia
nomen habes q̃ viuas sed mortuus es. Et hec
mors spiritualis causatur per quodlibet pec-
catum mortale dicente salomone. Sap. xvj. Ho-
mo per maliciam occidit animam suam. Et de
pe. di. j. c. Omnis. et dist. iij. per totū. Per pec-
catum mortale anima occiditur. Et. xxvj. q. ij.
Qui sine. Aug. Hec enim mors est timenda ex
emplo David qui ait in. ps. Illumina oculos
meos ne vnq̃ obdormiam in morte. quasi dice-
ret fm glo. Illumina oculos meos dans mihi
intellectum verum ne torpeam et delectationez
in peccato habeam. Tertia mors est eternalis
seu gehennalis. De qua ps. xlvij. Quasi oues
in inferno positi sunt et mors depascet eos. de
hac etiam de pe. dist. vlti. de istis tribus morti-
bus dicit Amconiensis dicto. xxv. Est itaq̃ tri-
plex mors scilicet diuisio anime et corporis et
diuisio voluntatis hominis a voluntate dei et
immanitas gehennalis pene. que detinet dam-
natos homines velut semper morientes et nun-
q̃ tamē penitus extinctos. Sed perpetuo a do-
mini iocunditate separatos his tribus mortibus
est iste diues mortuus qui est in inferno iam se-
pultus. Et dicit notanter mortuus est diues.
vbi nota. quidam diuites de diuitijs gloriatur
et iactant se. sed fatui sunt. sicut probat Holcot
lectione. vj. fatuus inquit est semnarius qui se
iactaret de aure quod portat cum inde nihil lu-
cretur nisi dorsum excoziatum et corpus fatiga-
tum. et cum tota die portauit onus suum in fine
diei ducitur ad stabulum et onus suū ducitur ad
thalamum et ab eo elongatur. Sic malus diues
est quasi equus semnarius qui portans thesau-
rum domini sui qui est mundus vel qui nihil in-
de lucratur nisi remorsum conscientie et fatiga-
tionem corporis et anime. et in fine vite sue duci-
tur ad stabulum inferni et thesauri sui aut diuitie
reponuntur in thalamo mundi. Sicut patet de
Balthasar rege Dan. v. Qui in diuitijs suis glo-
riabatur faciens magnum conuiuium optima-
tibus suis et precepit vt auferrentur vasa aurea
et argentea. q̃ asportauerat auus eius de hieru-
salem vt biberent ex eis. et eadem nocte interfe-
ctus est Balthasar et missus in stabulum infer-
ni et diuitie sue ab alijs capte. Sic etiam patuit
de isto diuite qui hic epulabatur splendide et post
mortem sepultus est in inferno. Et ideo hi et om-
nes diuites de diuitijs suis iactantes aut glori-

antes sunt peiores q̃ semnarius. quia semnari-
us aliquam requiem habet in stabulo. Sed ma-
lus diues nullam requiem habebit in inferno.
quia de talibus dicit Hiere. xvj. Seruietis dijs
alienis qui non dabunt vobis requiem. Ideo di-
cit Sapiens Eccl. v. Est et alia infirmitas pes-
sima quaz vidi sub sole. diuitie conseruate i ma-
lum domini sui. Secundo fatuus foret qui glori-
aretur vel se iactaret q̃ spinam portaret in pe-
de. quia spine diuitie sunt. Luc. viij. Pes affe-
ctio cordis. fatuum est igitur de diuitijs glori-
ari. Quia dicit Seneca in epistola. liij. Nemo
alius est deo dignus q̃ qui diuitias contempe-
rit quarum possessionem tibi non interdico sed
efficere volo vt illas intrepide possideas. Ter-
tio fatuus foret qui de tali re gloriaretur et se ia-
ctaret. que res cum leticia et securitate priuaret
Hoc autem faciunt diuitie quia afferunt ab ho-
mine tria. videlicet libertatem. hilaritatem. et
securitatem. Unde Seneca in epistola. lxxvij.
Terrena acquisita libertatem vestram extorserunt.
dicit etiam Holcot vbi supra. q̃ omnis di-
ues suspiciosus est. Si videt pauperem estimat
eum esse furem. Si diuitem putat eum esse pre-
donem. et hi diuites de suis diuitijs gloriantes
sepelientur in inferno si discedunt impenitentes.
Alij sunt diuites qui diuitias suas cum vsuris
fraudibus alijsq̃ iniurijs lucrantur et congre-
gant vt per iniquam emptionem vel venditi-
onem. vt qui vendunt res suas longe charius p-
pter dilationem q̃ si eis incontinenti soluerent
vt extra de vsuris. Consultuit. vel qui prompta
pecunia emunt et immediate propter dilationē
vendunt foro chariori. vel qui cum iniquo ludo
pecunias cumulant. aut cum iniquis ponderi-
bus vel mensuris. de istis omnib⁹ dicitur Gal.
v. Ne qui coniungitis domum ad domum scilicet
per auariciam. Et in epistola inde. De his q̃
in viam Raym abierunt. Principium Raym fu-
it auaricia. Unde in viam Raym abierunt qui
auariciam secuti fuerunt. Et Apo. viij. Ne ve-
re habitantibus in terra. habitantes in terra
ad modum talparum sunt auari. Tertij diuites
sunt qui licet habeant diuitias iuste acquisitas
tamen eas in superbia expendunt. nec aliquid
pauperibus impartiuntur. Cum tamen dicit
Chrysostomus super Matth. non propter hoc
diuitias accepisti vt in lasciuia consumas sed
vt in elemosynas expendas. Et Basilius dicit.
Est panis famelici quem tu tenes. Audi tunica
quam in conclau seruas discalceati calcei qui
penas te marcescunt. indigentis argentum qd
possides humanum. Ideo de vno quoq̃ tali
um diuitū potest dici verbū premissum. mortu⁹
est diues et sepult⁹ ē in inferno. q̃ diuitie depmūt

omnes tales. **Deo Sap. vij.** comparantur luto cum dicitur. tanq̃ lutum estimabitur argentum in conspectu illius et merito comparatur luto argentum. **Primo** quia dicit **Holcot** lecti-
one. **xcj.** quod est deturpatius cuiuscūq̃ quod tangit propter suam fedtatem. Unde qui cadit in lutum totaliter in corpore deturpatur. **Isto** modo qui cadit in amorem argenti vel pecunie necessario maculabitur. **Probat**ur etia in alio supertrahatur argentum super albiſſimū pergamenum relinquitur ab argento vna linea nigra in pergameno et tamen argentum est album et etiam pergamenum. **Eodem** modo licet anima sit in nocens et munda et argentum sit res in suo genere bona. quia omnis creatura dei est bona bene ea utentibus. tamen si fortiter imprimatur anime per amorem relinquitur lineam nigram peccati cuius ulterius punctus est casus ad infernum. **Iob. xxj.** Tenent tympanū. et ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt de isto luto dicit **Abachuc. ij.** Ue qui congregat non sua usq̃ quo et aggrauat contra densum lutum. **Secundo** lutum est tenax et retentiuum. unde homo non ambulat in profundo luti nisi cum magno labore et frequēte inſigēte et stat immobilis nisi sibi caueat. Ita est de ambulante in amore pecunie. retinet enim mēte et inſigēte ne hō possit proficere merito spūal vite. In cui⁹ figura rex **Pharaon** egypti oppressit filios israel. fuit luti et lateris. ne essent liberi in regno suo. **Exo. v.** Ita diabolus existens in mundo nititur opprimere seruitutem argenti et diuitiarū. sciens q̃ nemo possit duob⁹ dominis seruire. **Matth. vi. et Lu. xvj.** Non potestis deo seruire et māmone. Et q̃ seruiunt māmone inſiguntur in luto q̃ non possunt proficere. ideo orat ps. **lxvij.** Eripe me de luto vt nō inſigat. **Recitat** **Aristo.** i poetria sua q̃ poete arabici vocant dona compedes. qz sicut compeditus non potest incedere sicut vellet et posset fm motiuam v̄tutē corpis sui. sed restringitur et retrahitur ad ambulandum fm mēsuram quam compedes sibi limitant et pcedunt itaq̃ respicientes dona quantūcūq̃ sunt discreti et fortes in iusticia. sentiunt tñ se cōstrictos et retentos et quasi quodāmodo compeditos ne liberi exerceant q̃ iusticia eis suadet. **Tertio** sic de luto decocto fiunt lateres durabiles contra ignem. sic amatores luti. id est. pecunie fiūt apti vt ponantur in igne infernali i perpetuū. **Ideo** dicitur hic. mortuus est diues et sepultus est in inferno. **Aegitur** etiam de alio diuite pecunia. nimium amatore qui tempore famis ne audiret voces querulosas pauperum ad quandam suā hereditatem iuxta p̄dium se tranſtulit. ibi pre-

nimia fame pauper populus clamans et eum sequens propter sustentationem quorū voces audientes dixit. non durabo cum canibus istis et sic fecit mensam suam locare retro in aliam cameram vbi tales voces pauperum audire nō posset. et statim quidam armatus pulsauit i porta dicens. **Nuncius** dei sum et volo loqui cū domino tu. **Sed** cum seruitor de mandato domini sui eum asseruit ibi non esse. respōdit iuuenis. **Nam** in illam cameram ideo se tranſtulit ne clamorem pauperum audiret. et nunc ex parte dei ego eum cito vt compareat coram deo reddere rationem de temporalibus omnibus sibi commissis. **Qui** diues mox ad mortem infirmatus a charis suis ad penitentiam et cōfessionem exhortatur attentius quos ille audire rennuit. **Sed** dixit. **Ego** ad iudiciū citatus comparui et ad eternam mortem iam iudicatus sum sine omni spe salutis. **Quia** sicut non exercui misericordiam et compassionem ad pauperes. sic eadem discretione sine misericordia sententiatus sum. et sic infelicem animam expirauit. et res corpus et animam amisit. **Quantum** ad secundum describitur pena istius damnati diuitis a superiori in visione electorum. cum dicit. **Elevans** autē oculos cum esset in tormentis. **Pro** quo nota. **magister li. iij.** sententiā. dist. **vi.** dicit. **Tradūt** sancti q̃ boni malos et mali bonos vident usq̃ ad diem iudicii. post iudiciū vero boni videntur malos. **Sed** non mali bonos. **Et** allegat ibidem beatum **Gregorium super Luc.** omelia **iiij.** Infideles inquit in imo positi ante diem iudicii fideles super se positos in requie contemplantur. quorum gaudia post contemplari non possunt. **Sed** hoc lucid⁹ explanat sanct⁹ **Thom. j. ij. q. vj. arti. iij.** dicens. **Damnati** non cognoscunt qualis sit gloria beatorum. sed solummodo cognoscunt eos esse in gloria quadam inestimabili. et hoc ante diem iudicii. et ex hoc turbantur. tum propter inuidiam. tum quia gloriam amiserunt. **Sed** post diem iudicii priuabuntur illa visione. et ex hoc pena eorum augebitur quia memoriam habebunt gratie beatorū. quā viderunt in iudicio vel ante. **Et** ulterius affligetur ex hoc q̃ videbunt se indignos reputari videre gloriam sanctorum quam sancti merentur habere. **Ex** his verbis sancti **Thome** clare lucet q̃ iste diues quia gloriam electorum p̄templatur ex hoc pena sua sibi et aliorum damnatorum augmentatur. quia dicit ps. **cxj.** Peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet. **Quod** verbū tractat **Bonaventura** parte p̄ma questione tertia. **Damnati** tunc dentibus suis frement et tabescēt. qñ vigeat odiū in

Domica prima post trini.

127
eis et inuidia vehementer tristabuntur. et tabe-
scent in gloria electorum dei. et quia nec ipsi ad
beatitudinem possunt pertingere nec alios pos-
sunt a statu beatitudinis ammonere ideo in se-
ipsis tabescant et confundantur. **Et dicit notan-
ter.** eleuans oculos et vidit. ubi nota Holcot su-
per li. sapi. super illo verbo videamus si sermo-
nes eius veri sunt. lec. xxvj. dicit. qd humane co-
ditionis et cognitionis consideratio que in sen-
sibus exterioribus per oculum designatur ad
quattuor debet se extendere in presenti vita no-
stra vt bene et virtuose regatur que tamen iste di-
ues hic non preuidit. **Si enim bene et virtuose
vivere velimus oportet vt videam?** quid supra
nos patet. quid infra nos latet. quid circa nos
cernitur. quid sub nobis sternitur. videamus er-
go supernam premiorum effluentiam. videam?
internam commissorum conscientiam. videam?
fraternam proximorum indigentiam. videam?
eternorum tormentorum vehementia. **Primo
igitur videamus supernorum premiorum efflu-
entiam recolendo iocunditatem illius beatitu-
dinis que nobis promittit in celis et statim vile-
scit quicquid preciosum inuenitur in terris.** di-
cit ideo ps. xliij. **Videbo celos tuos opera digi-
torum tuorum lunam et stellas que tu creasti.**
**Sed notandum qd illi qui in profundo puteo cir-
ca meridiem videt stellas et ille qui stat in super-
ficie terre in lumine nullam videt stellam.** Eodem
modo ille qui ponitur in profundo humilitatis
tribulationis et angustie suspirat in celum et cla-
mat ad deum. qui vero stat in lumine mundi et cla-
ritate mundana lasciuie et superbie stellas vide-
re non potest. **Est enim vnum experimentum qd
si denarius ponatur in vna scutella vacua rece-
daturq; a scutella donec denarius desinat vide-
ri si aqua super ipsum infundatur stante oculo i
eadem distantia denarius iterum apparebit.** p-
pter aquam super infusam denario. **Moraliter
denarius iste vitam eternam designat. Matth.
xx. Nonne ex denario diurno conuenisti mecu?**
**Iste denarius non videtur a quibusdam homi-
nibus in hac vita dum in dignitatibus et volu-
ptatibus et honoribus elongantur a deo quales
fuerunt sacerdotes.** de quibus dicitur Dan. xliij.
**Declinauerunt oculos suos ne viderent celum
neq; recordarentur iudiciorum iustorum.** qualis
etiam fuit iste diues qui in dignitate diuitiarum
et superfluitate diuitiarum positus supernam p-
miorum effluentiam non preuidit. et ideo ad illa
cum esset in tormentis oculos eleuauit. **Sed tar-
de fuit.** Sed si ponantur in infirmitate tribula-
tione et persecutione tunc bene recordabuntur
3 de deo et de celo ad quod facti sunt. **Spic nota qd
vespertilioes habent debiles oculos. causa est**

quia humor crystallinus qui e necessarius ocu-
lo ad videndum transit in substantiam alarum.
ideo habent ales **causales.** et sic propter vola-
tum amiserunt visum quia subtractum est ocu-
lis quod positum est in alis. **hi significant super-
bos qui quanto magis volare nituntur tanto ma-
gis gratia diuini luminis priuantur quia tota i
tentio eorum que deberet esse in considerando
celestia transiit in penas ambitionis.** quia to-
ta eorum cogitatio est quomodo possint grada-
tim ascendere de dignitate in dignitatem. **Qua-
sa autem quare pro celestibus premiis non labo-
ramus est.** quia ipsa non videmus sicut homo
qui transit per mercimoniam cooperta que non
potest videre non temptatur ea emere. **Sed in
nundinis quando ea plane videt statim inclina-
tur ad emendum.** Sic est ex parte ista. **vn Act.
vij. Stephanus cum vidit celos apertos sta-
tim volebat emere dicens. Domine accipe spiri-
tum meum.** Idco dicitur **Proverb. xxxi.** de for-
te muliere considerauit agrum et emit eum. **Et i
fra gustauit et vidit qd bona est negociatio eius.**
**Sed de multis euenit sicut de Moyse qd ascen-
dit in montem qui dicitur nebo qui est in terra
Moab in vertice phasga contra Hiericho de
quo modo tenetur. vt habetur Numeri. xxvij.
Vidit terram promissionis. sed eam non intra-
uit quia ibidem mortuus fuit vt dicit Hierony-
mus.** Sic quidam litterati qui ascendunt mon-
tes dignitatum. **Et vident celestia per sacra scri-
pturam.** Sed eam nunq; intrant. **Sicut dixit be-
atus Aug. Indocti rapiunt celum et nos cum
scientijs nostris ad infernum dimergimur.** Se-
cundo videamus internam commissorum consci-
entiam discutiamus peccata nostra cogitantes
verba sacre scripture. **Scriptor enim si oculos
suos auertit a libro pessimam litteram et turpis-
simam libram facit.** quia bona scriptura dilige-
ntissimam requirit visionem. **Moraliter libri no-
stri sunt conscientie fm illud Dan. vii. Iudiciu
sedit et libri apti sunt conscientiarum videlicet fm
gloriam.** **Et Apoc. xx. Liber scilicet vite aptus
e et iudicati sunt mortui.** ex his que scripta erant
in libris videlicet conscientiarum fm opera eo-
rum. **Aduertamus ergo quid scribamus qd fal-
sum est corrigamus dum possumus per penite-
tiam.** **Et hec est conditio oculi quod optime vi-
det alia que directe sibi opponuntur sed semet-
ipsum nullo modo potest videre nisi in speculo
repente se. ita est de nobis.** Aliorum defectus
optime notamus **proprios non videmus nisi for-
te per speculum hoc est per correctionem alicuius
sancti et honesti viri.** Iuxta illud apli. i. ad Ro-
m. xliij. **Videmus nunc per speculum.** Et ta-
lem quemlibet arguit saluator. **Matth. vii. Vi-**

des vestucam in oculis fratris tui et trabem in oculo tuo non consideras. hypocrita eijce primam trabem de oculo tuo et tunc videbis eijcere vestucam de oculo fratris tui. unde psalms dicit de vita contemplatiua. li. ij. Tandem inquit quis peccata sua que nosse et flere deberet ignorat quod diu curiose considerat aliena quod si mores suos ad seipsum conuersus aspiciat non requirit quod in alijs reprehendat. Sed quod in se lugeat. ideo signat ter dicit saluator. **Matth. xij. Videte vosmet ipsos.** Super quo dicit basilus in exame. li. iij. Seuera omnium creaturarum difficilimum est considerare semetipsum. unde solus oculus qui ex trinsecus habet inspicies semetipsum non valet intueri. Sic etiam ipsa conscientia satis acute aliena delicta contemplanis tardior est erga suorum vitiorum cognitionem. Et figuante dicit unicuique vestrum. **Piere. ij. Vide quod malum et amarum est te dereliquisse dominum deum tuum** te inquit et non alios tuum. Ex his iam patet quod iste diues internam commissorum conscientiam non vidit. quia si vidisset eam utique correxisset. et non ad locum tormentorum peruenisset. Tercio videamus supernam proximorum indigentiam. quod hoc mandat dominus cuiuslibet diuiti. **Matth. xxv. Vide si cuncta prospera sint apud fratres tuos.** Sed reuera multi videntur fratres suos indigentes. sicut sacerdos et leuita viderunt vulneratum. **Luc. x. Leuita cum esset secus locum et videret eum pertransiit.** Sed ante dicitur a sacerdote accidit ut sacerdos quidam descenderat eadem via et viso illo pertransiit. Similiter iste diues omni die vidit pauperem Lazarum iacentem ad ianuam suam. Sed immisericors pertransiit. nec ei micam panis prebuit vel prebere iussit. Ideo de vnoquoque talium dicitur. **1. Joh. iij. Qui habuerit substantiam. id est diuitias huius mundi et viderit necessitatem habere fratrem suum et clausit viscera sua ab eo scilicet subuersione denegando sibi quomodo charitas dei manet in eo. quod d. nullo modo.** Ideo videamus nos pauperum indigentiam sicut samaritanus qui vulnera sauciati alligauit et in stabulum suum duxit et curam eius egit. **Luc. x. quia dicit Hieronimus. i. epla. Non memini me legisse mortem mala mortuum qui libenter opera pietatis exercuit: habet enim multos intercessores et impossibile est preces multorum non exaudiri.** Sed de isto diuite dicit Chrysostomus. Hic diues datur. non quia diues erat. sed quia pauperis misertus non fuit. et beatus Gregorius. Hinc colligendum est quod pena multatus sit qui aliena diripuit si inferni damnatione percussus. qui propria non largitus. Quarto videamus eternam tormentorum vehementiam. homo qui non diligenter prouidet sibi de puteo cadet in eum. Sic qui non profunde et frequenter

quenter imaginatur de penis putei infernalis. non bene de eis sibi cauet. **Ideo dicit psalmus. xc. Oculis tuis considerabis et retributionem peccatorum videbis.** Et quicumque hoc videret se infallibiliter retraheret a peccatis satis cito. **Matth. xxiii. Omnis qui viderit te resili et a te. unde Hieronimus. de sanc. victo. li. ij. de aia. Infernus lacus sine mensura. profundus sine fundo. plenus ardore incompabili. plenus fetore intollerabili. plenus dolore innumerabili. ibi miserie. ibi tenebre. ibi ordo nullus. ibi horroz sempiternus. ibi nulla spes boni et desperatio mali. hec ille.** Et ideo videte vigilate et orate. **Matth. xxiii. Apl. v. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes. Sed ut sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt.**

Dominica secunda post festum sancte trinitatis. Sermo. j.

Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos. et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut venirent quia iam parata sunt omnia. **Luc. xiiij. Isidorus in his. natu. A dicit. Tigris est bestia velocissima ad modum sagitte. Et est varijs coloribus distincta et maculis. circa ignem autem et circa aquam et speculum ita tardum efficitur quod etiam crematur et a venatoribus capitur. ideo consueuerunt venatores predicto animali specula in via sternere aut ignem facere. foveasque aquarum fodere circa que cum moratur venit venator cum canibus et animal capitur et necatur.** Moraliter hoc animal significat omnes mortales qui in magna velocitate sunt positi ad beatitudinis quietem. quia omnes ad eam nituntur peruenire. Sic probat **1. Cor. li. iij. de conso. phie. pfa. ij. Omnis mortalium cura quam. scilicet curam multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidam calle. pcedit. et ad unum tantum beatitudinis finem nititur peruenire. Et hic finem beatitudinis intelligit causam finalem omnis boni scilicet deum gloriosum qui secundum philosophum in phemio methaphis. Est vere omnium causa. et principium quoddam ad hunc tanquam ad beatitudinem finalem omnes secundum desiderium sunt veloces. quia et mali cum bonis mori desiderant. ut ad veram beatitudinem perueniant. Et quilibet dicet cum malo propheta Balaam. **Numeri. xxiiij. Morietur anima mea morte iustorum. ubi dicit glossa. Mali licet nolunt vivere vita iustorum appetunt tamen mori morte eorum. Sed licet omnes tam boni quam****